



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Tertia. Tertio, totius Israelis ingratitudinem carpit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

COMMENTAR. CAPVT IX. 78

culata domine uirtutū, concupiscit, & deficit anima =
mea, in atria domini. **T**or meū, & caro mea, exulta uerū
in Deum uiū. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & tur-
tur nidum ubi reponat pullos ſuos. **A**ltaria tua Domine
uirtutum, **R**ex meus, & **D**eus meus. Beati qui habitant in
domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. **B**ea-
tus uir cuius eſt auxilium ab ſte. **A**ſcenſiones in corde ſuo
diſpoſuit, in ualle lachrimarum, in loco quem poſuit. **E**tc-
nim benedictionem dabit legiſlator. **I**bunt de uirtute in
uirtutem, donec uideatur Deus deorum in Sion. **Q**uid in
preſcriptis omnibus uides, niſi ſacratiſimas ascenſiones
ad dominum? **Q**uere ſoſlicem animam, que à Deo adce-
pit, ut ita aſcendere poſſit.

Ipſe quoq; Dominus, ex electis quaſi fasciculum ſuper
terram facit, & fundat, dum eodē ſpiritu, eademq; fi-
de, unum ex eis facit, & id quidem in terra primū, ideoq;
iſum fasciculum in terra fundare dicitur. **I**pſe quoq; ele-
ctorum fasciculus domini eſſe dicitur, quod eius pars &
hereditas uocentur. **V**trāq; expositio bona eſt, herū pri-
ma, eſt. textui germanior.

Qui uocat aquas &c. **H**unc uerſum habes etiam, ſu-
pracap. 5. quem ibi enarrauimus. **S**umma. **N**is oſtenditur.
omnipotentia Dei, & quod uniuersa operetur.

PARS TERTIA.

Nunquid non, ut filij Aethiopum uos eſtis
mihi,

FRANC. LAMB. IN AMOS

mihi, filij Israël ait Dominus. Nunquid non
Israël ascendere feci de terra Aegypti, & Pa-
lestinos de Cappadocia, et Syros de Syrene?
Ecce oculi Domini dei super regnum pec-
cans, & cōteram illud à facie terræ?

Filii Aethiopum dicuntur, quod sicut Aethiopes id= =
lorum immundicia pleni eſſent. Deniq; & ob eiusmo
di illorum fornicationes, Aethiopum nigredini adſi-
mulantur. Quorum ingratitudinem carpit durius, quod
non agnoscerent misericordiam Dei, qui ex Agypto, in
terram lacte & melle fluentem, hoc est, ſecundiflum
ascendere fecerat, dicitq;. Nunquid non Iſraēl &c. Quo
ſermone ostendit, quod ipſe fit, qui regna & imperia, ſi-
ciut uult aufert, & tribuit. Proinde autem, alienigenarū
ab eo translatorum, exempla proponit, ut eorum ſuper-
bia, & manis gloriatio deprimeretur. Gloribātur enim
eſſe populum Domini, pro quo maxime, Deus ſolicius
eſſet. Ceteros autem aspernabantur, quaſi nihil de eis ſpe-
ctaret ad Dominum. Ideo ſe omnium habere prouidētiam
ostendit, dicens, quod Palestinos de Cappadocia, et Syros
& Syrene ascēdere fecerit. Et quoniam eius eſt omnis terra,
& plenitudo eius, ait ſe aduigilare ſuper omne regnum,
ut impia e terra prorsus exterminet.

Nihil ergo tribuant Principes terre ſuis uiribus, &
consilijs, quod nihil omnino nancisci ualeant, niſi id decre-
uerit omnipotens Deus. Sciant quoq; uniuersi, non ali-
unde eſſe

COMMENTAR. CAPVT IX.

unde esse quod regna Deo iudicante euentuntur, quam à
criminum multitudine. Propterea hi per quos Deus alios
exterminat, expauescant, nam & ipsi peccatores sunt.
Contrivit multos per AEGyptios, & Israël destruxit, per
Assyrios, demum & Assyrios et AEGyptios, euerit per
Chaldaeos, demum Chaldaeos per Medos & Persas, & sic
de reliquis gentibus. Mirabilis Deus in iudicijs suis. Ipse
populo uno, quasi uirga furoris sui, aliud cædit etiam
usq; in hunc diem.

P A R S Q V A R T A.

Veruntamen conterens non conteram do-
mum Jacob, dicit Dominus. Ecce enim man-
dabo ego, & concutiam in omnibus genti-
bus domum Israel, sicut concutitur triticum
in cribro, & non cadet lapillus super terram.

Qui gentes alias usq; ad internitionem aliquando co-
nterit, ita ut uix eorum aliquod uestigium superfite,
nunquam domum Jacob est similiter contritus.
Reliquæ enim Israël salue fient. Et sicut in Osea, ac non
nullis alijs locis diximus, et probauimus, ingressa in Chri-
sti Ecclesiam Gentium plenitudine, totus quoq; Israël in-
trobit. De his intellige, qui ad uerum semen Abrahæ, ue-
rumq; Israël spectant, nempe electis. Futura enim est insi-
gnis & patens eius populi conuersio, quemadmodum cū
nonnullæ